



ROYAL ONTARIO MUSEUM  
OF ARCHAEOLOGY.

3040



Library  
of the  
University of Toronto
















BVLLA IVL. II.PON.  
MAX. SVPER PRI  
VATIONE ALFON.  
DVCIS FERRARIAE.



# VLIVS EPISCOPVS STRV

i uus seruoge dei ad futuram rei memoriam.

Romani Pontificis auctoritas super universas fidelium nationes nobis licet im-

ritis non terrena potētia/sed disponente oium creatore  
cōcessa exposcit ut aduersus quoslibet p̄fertim Aposto  
licæ sedis uasallos qui dignitatibus ab altissimo & se/  
de præfacta sublimati gratiarū atq; donorum recepto/  
rum immemores & ingratī/& admodū Sathan abutē/  
tes eisdē cōtra Ro. ecclesiā cornua erigere eiusq; san/  
ctiones tam prouide/q; salubriter editas improbis co/  
natibus & ausib⁹ temerariis uenire/ac ab eoq; debita  
fide deficere pr̄sumunt si ipsius Ecclesiæ & urgentis  
fidelitatis zelus per exhortationis ac monitionis mo/  
dum proficere non possint mucrone spirituali uibra/  
to & als prout dēs est exurgat ut quos Dei timor ab  
illicitis non reuocat pro demerito culpæ seueritas co/  
herceat disciplinæ. Sane licet oī Fe.re. Syxtus Pa.iiii.  
prædecessor n̄t postq; aduersus florentinos obuiolata  
ab eis Ecclesiasticā libertatem brachio sacerulari utens  
bellum indixerat ac uniuersis & singulis Ducib⁹/Mar/  
chionibus/Comitibus/Baronibus/Domicellis/Vica/  
riis & uassallis in ciuitatibus terris & locis eidē Ro.Ec/  
clesiæ mediate uel immediate subiectis cōstitutis ue ad  
eorūdem florentinoꝝ seu eis fauentium stipendia mi/  
litare ac alias se cum illis locare seu aliquod consilium  
auxiliū uel fauorem eis p̄stare auderē districte præ/  
cipiendo mandauerat:& in contrafacientes excōis sen/

tentiam promulgauerat: ipsosq; crimis læsa Maiesta /  
tis reos esse decreuerat/ac uniuersitates populos com/  
munitates castra/uillas/& loca eorum ecclesiastico sup/  
posuerat interdicto/eosq; & eoru quemlibet omnibus  
fœudis/dominis & bonis ac priuilegiis/indulgentiis  
gratiis immunitatibus/honoribus/officiis/iuribus &  
iurisdictionibus quæ ab ecclesia & sede prædictis ob/  
tinebant priuauerat & ad illa ac ad similia obtainenda  
eos & eorum descendentes inhabilitauerat: ipsorumq;  
bona omnia confiscauerat. Quondam Herculé ex mar/  
chionibus esteñ tunc in humanis agentem & quem  
antea idem Syxtus prædecessor ducali dignitate & ho/  
nore decorauerat & in ciuitate nostra tūc sua Ferrarieñ  
eiusq; comitatu & districtu uicarium in temporalibus  
generalem constituerat quicq; ratione uicarius huius  
modi & iuramenti per eū præstigi beato Petro & Sixto  
prædecessori ac sedi prædictis fidelis esse & contra Sy/  
xtum præcessorem & ecclesiam huiusmodi seu illig/  
statum uerbo uel facto/directe uel indirecte/publice/  
uel occulte per se uel alium nil attemptare debebat con/  
tra ea ad quæ tenebatur & mādata Syxti prædecessoris  
huiusmodi quoq; ignarus nō erat ueniendo ad eoru  
dem florentinorum & eis fauentiū stipendia se locare/  
& ad id se obligare/ac onus ducis gentium armorum  
eorundem florentinorum assumere & stipēdia promis/  
sa recipere/ac cum suis & aliis gentibus armigeris ad  
eorundem florentinoq; stipendia militantibus non so/  
lum eosdem florentinos & eoru loca dominii tueri &

defendere: sed etiā agrum Senensiū (Qui in dicto bello eidem Syxto prædecessori fauebant/ & de eius manu dato arma sumplerant) inuadere & depopulari/castris & loca obsidere/capere ac diripere & aialia in prædā abducere/incolas ipsos captiuare nōnullaque alia excessus reatus & crimina ppetrare præsumplerat . De fratum suorum consilio de quorū numero tunc eramus/rebellem & criminis laesæ maiestatis reū/ac poenis quæs inrebellies & homīi criminis laesæ maie.reos iura statuerāt/subiectum necnō periurū & fidei fractorem & maioris excommunicationis sententiæ mucrone percussum: ac du cali dignitate uicariatuq; necnon oibus fœudis dominiis/bonis priuilegiis/ indulgentiis/ gratiis/ imunitati bus/honoribus/officiis & iurisdictionibus quæ ab eccllesia & se de prædictis tūc obtinebat priuatū & cū suis filiis & nepotibus ad illa & similia imposterū obtinenda inhabilitatum/ac bona eius confiscata/ciuitatem vero Ferrariensem eiusque comitatum & districtum/ ac castella & loca comitatus & districtus eorundem ad præfata ecclesiam libere deuoluta ēē/ & sibi cum illorum habitatoribus immediate subesse & eosdem incolas & habitatores ad obediendum eidem Herculi eiusque loca teneñ & officialibus/ & ad præstiti sibi per eosdem incolas fidelitatis iuramenti cuiuslibet obseruationē nō teneri/sed absolutos fore ac liberos declarasset pput in diuersis lris aplicis Syxti prædecessoris desup respecti ue confectis pleniū continetur. Tamen idem Syxtus prædecessor/cum deinde dilecti filii Dux & dominū

Venetorum ciuitatem ipsam Ferrarieñ bello premeret  
eidem Herculi Duci quem excōmunicatum priuatum  
& inhabilem ut præfertur tollerabat fauere uolēs & ad  
ipsius ciuitatis liberationē animū applicans ac illi sum  
mis uigiliis laboribus & expensis incumbens eosdem  
Ducem & dominium Venetor̄ monuit & mandaue  
eisdem ut a bello & obsidione Ferrarieñ desisterent &  
occupata restituerent & cum ipsi monitionibus & mā/  
datis hm̄oi pertinaciter non obedissent quis diutius  
expectati ad censuras ecclesiasticas processit & tandem  
illis censuras ipsas paruipendentibus brachio sacula/  
ri contra eos utendo eis bellum indixit nunciosq; cum  
ptate legati de latere etiam ad illas partes constituit ac  
ciuitatem ipsam Ferrarieñ non absq; grauibus exp̄cis  
ab obsidione liberauit. Et postmodum p̄ix me. Inno/  
centius Papa. viii. & Alexāder. vi. Romani Pontifices  
prædecessores nři non solū eūdem Herculē post obitū  
Syxti prædecessoris in uicarium ciuitatis hm̄oi tollera/  
runt: sed idem Alexander prædecessor censum quat/  
tuor milium ducatorum auri de camera ratiōe uicaria/  
tus hm̄oi cameræ Apostolicæ debitum annis si. gulis  
ex minus legit̄ causis cū euidentissima eiusdē Ro. ecclē  
siæ lesionē ad centum Ducatos similes cū totius po/  
puli murmuratione & oblocutione reduxit ac plebis  
& Centi Bononieñ Diocesis castra cum euidenti dam  
no Bononieñ ecclesiæ ad quā legitime ptinebant no/  
bis inuitis quibus semper animo fuit rerum ecclesiasti/  
carum recuperationi q̄ alienationi intendere ac potius

dictæ ecclesiæ Bononiæ cuius administratores tunc  
eramus administrationi cedentibus q̄ illorum dismem/brationi consentire uoleñ dimembrauit: Illaq; eidem  
Herculi pro se suisq; heredibus & successoribus dedit  
ac illius filium Hypoliticum cardinalatus honore deco/rauit: illicq; duas Metropolitanæ: & duas Cathedra/les ecclesiæ ac plurima monasteria opulenta & ping/uia beneficia cōcessit: Ducatus dignitatem in dicta do/mo perpetuam esse uoluic. Esteñq; nomen in Italia ce/lebre fecit. Nos uero eiusdem Syxti prædecessoris & se/cundum carnem Patrui nostri diuina prouidentia suc/cessores effecti in ciuitatibus & locis dictæ Romanæ ecclesiæ immediate & immedieate subiectis homines ho/neste & quiete uiuere ac iusticiam seruare: tyranosq; ab eis expellere prout nostro incumbit officio desiderau/ Bononiam & ad nonnullas alias Ciuitates cum uenerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ car/dinalibus non sine nostro maximo incōmodo accedētes extictis in Vicerbieñ/Perusiñ/Cesenaceñ/& aliis locis Romandiolæ nobis subiectis seditionibus quæ in aduentu claræ me. Caroli regis frâciae ad Italiam & tpe quondam Casaræ Ducis Valentini exortæ fuerât ac expulso tyranno potiti dicta ciuitate Bonieni in eaq; pro illius quietis conseruatione constructa arce muni/tissima animum ad recuperandum ciuitates alias Ro/mandiolæ per eosdem Venetos occupatas:& ipsam ci/vitatem Ferrarieñ in qua præfati Veneti Vicedominū ius inibi dicentem:& alia signa superioritatem deno/

tantia exercentē: ab huiusmodi seruitutis iugo liberan-  
dum applicātes. Ut huiusmodi iustum nostrum desir-  
derium adimplere possemus iniquitatis filium & per-  
ditionis alumnū Alphonsum Esteñ dicti quōdam  
Herculis primo genitum: nō solum tanq̄ Ducem & Vi-  
carium nostrum in temporalibus in dicta ciuitate Fer-  
rarien tollerauimus: diminutionē dicti census adeo in  
honestam & dimembrationem dictorū oppidorū Pla-  
bis & Centi æquanimiter ferendo: sed ipsum Ro. ecclē-  
siæ uexilliferum & Confalonerium creauius: illūq;  
in huiusmodi dignitatis cōcessione Carissimo in xpō  
filio n̄o. L. franco regi Christianissimo illā peteti p-  
tulimus. Sperantes magis dictæ ecclesiæ Romanæ p-  
ducere: dignitatem ipsam eius uasallo & ciuitatibus ip-  
sius ecclesiæ prompta auxilia p̄bere valentiq; alteri ex-  
tra Italiā concedere: & non tine nostra magna impē-  
sa Ciuitates occupatas huiusmodi recuperātes ipsum  
Alphonsum a dicto seruitutis iugo liberauim⁹: ac pe-  
titiones suas ad exauditionis gratiam requisiti liberali-  
ter admisius: paternaq; dilectione semper prosecuti-  
fuius. Ipse tñ Alphonsus rebellionis: ungratitudis:  
& inobedientiæ p̄næ imitator in reprobū tensum da-  
tus beneficiorūnq; a nobis & p̄decessoribus nostris:  
ac ab eadem sede receptorū imemor: & qui antea in eis  
fratres germanos nobis in consultis sœuire: illosq; di-  
ris & asperis carcerbus mancipare: & in causa propria  
iūs sibi dicere: ac in locis uicariatus huiusmodi fallam,  
monetam cudi facere: & decedētium abincestato bona

nullo iure sibi debita occupare/ac subditos nostros ui  
cariatus hmoi sibi cōmissos/pessime regere & gubernare  
re:pres byterosq; nulla præcedente degredatione de fa  
cto ultimo suppicio tradi facere:nostrisq; & eiusdem  
Ro.ecclesiæ notoriis rebellibus præsertim Bétiuolis/  
receptū in castris/oppidis/& locis dicti uicariatus hu  
iusmodi/aliaq; auxilia/consilia & fauores eis cōtra ali  
as litteras nostras dare:excōmunicatos publice nūcia  
tos ad diuina admittere:puisiones Apostolicas de be  
neficiis ecclesiasticis factas illarumq; effectus:obserua  
tionemq; interdictorum in Ecclesiis & locis Vicariatus  
huiusmodi/Apostolica auctoritate appositorū/liber  
tatemq; ecclesiasticam in nostrum & dictæ sedis/clauis/  
umq; contemptum/multipliciter ipedire non expauit:  
temerario ausu cornua contra nos & dictam sedem eri  
gens uelut ingratu. Et a bo.me.Georg.tit. sc̄ti Syxti  
Pres bytero Gar.ac in Regno Franciæ & pariibus illis  
dictæ sedis legato:tunc in humanis agente/Viro utiq;  
in dicto regno:& apud dictum Christianiss. Regem  
magnæ auctoritatis existente/zizaniæ & discensionuz  
satore/ac omnibus artibus ad Summum Apostolatū  
etiam nobis in dicta sede ex Dei clementia sedentibus:  
contra canonicas sanctiones temere anhelante/ac eaq;  
poterat contra nos & p̄fata mōliri tra  
ctante:cum quo maximam intelligētiam & amicitiam  
habebat sibi fauente iuramento proprio contrauenien  
do/sub protectione amicitia adherentia & confœdera  
tione dicti Regis Franciæ recepi p̄curauit/& receptus

fuit: in perniciem & damnum nostrum & Apostolicæ  
sedis prædictæ ut euentus docuit/ ac ut spretis manda-  
tis nostris pro libito uoluntatis quæ animo concepe-  
rat liberius exequi & in graue damnum eiusdem Ro.  
ecclesiæ Sal in comitatu Cornachlien ad dictam Eccle-  
siam legtie pertinente/ quod ipse impudenter negare nō  
erubescit: Fabricari facere/ gabellas & angarias sive por-  
toria augere/ & noua pedagia/ & angarias imponere &  
exigere posset: prout re ipsa statim post suscep-  
tionem huiusmodi/ sub qua se tutum afferuit: fabri-  
care ac ministris præfati Regis ad certam summam Sa-  
lis certis annis/ & pro certo precio tunc expressis distri-  
buēdam in terris & locis Ducatus Mediol. publico in  
strumento se obligauit/ nec non augere & de novo im-  
ponere ac exigere fecit/ in dictorum subditorū & alio-  
rum fidelium Cameræq; Apo. et ultra summam. xxv.  
millium Duc. Aur. annuatim ex fabricatione salis præ-  
dicti præiudicium & dictæ sedis cōtemptum . Et cum  
indies de Præfato Alphonso super præmissis querelæ  
ad nostrum deferrentur auditum/ eius animæ saluti ac  
subditorum nostrorū indemniti more pit patris con-  
sulere: ipsumq; a præmissis retrahere cupientes/ per di-  
uersas nostras in forma breuis lrias: ac alias sibi signis  
cauimus: ut pluris cōscientiam suā quā illicitū lucrum  
faciens a fabricatione dicti salis abstineret: dictaq; pte-  
ctionem & confœderationem contra nos & ecclesiam/  
initam dimitteret: Gabellas/ Pedagia & portoria huius  
modi penitus tolleret: populisq; nr̄is & aliis qbuscūq;

merces & bona sua quocunq; uellent prout hactenus  
consueuerant atq; fecerant deferre permitteret: ne iusti-  
tia id suadente eum anathematis & excōis & alias sentē-  
tias cēsuras & poenas in bulla quæ legitur in coena do-  
mini cōtentas incurrisse declarare cogeremur: & etiam  
per dilectum filium magistrum Maximum gratū no-  
tarium cubicularium & familiarē continuū cōmensalē  
spetialem nuncium nostrum ut a fabricatione Salis &  
auctiōne gabellarum ac noua pedagiorū & angariarū  
impositione & exactiōne sub dictis in bulla Louis san-  
cti nuncupata cōtentis/ & indignationis nc stræ: ac ali-  
is graubus pœnis a præmissis desistere deberet: pater-  
ne requisitus & monitus fuerit: ipseq; monitioni & re-  
quisitioni nostris prædictis patere uelle simulans seu  
fingens: non tamen considerans clementiam/ gratiam  
& pietatem quibus præfati prædecessores & nos erga  
ipsum Alphonsum et Herculem eius genitorem præ-  
factos benigne usi fueramus: sed eius ab ipsa natura cō-  
tra eandem Rom. ecclesiam et Romanū Pontifices insi-  
cam innatamq; perfidiam et rebellionem elata obstina-  
tione sequens mandatis nřis hr̄mōi obtinērare effe-  
ctualiter denegauit et recusauit ac in præmissa protec-  
tione et cliētela cōfidens et cōtra nos ingrate et cōtuma-  
citer eleuatus sal in dicto comitatu Comaclenī in gra-  
uem dictæ Ro. ecclia: lesionē fabricare: et gabellas au-  
etas ac pedagia et portoria de nouo imposta in dicto  
rum subditorum nostrorū etiam ciuium Ferrarieñ et  
aliarum pſonarum maximum præiudicium et dictæ

Sedis contemptum: ut præfertur exigere ac in eius fra  
tres germanos nobis inconsultis & absq; nostra licen/  
tia sœuire illosq; diris carceribus mancipare:& in cau/  
sa propria ius sibi dicere incursionesq; & caualcatas in  
terras dictæ Ro. eccliaæ subiectas & innumerabilia alia  
damna facere/ac de nobis & Sedis Apostolicæ prædi/  
&æ potestate obloqui:& omnem nostram & dictæ Se  
dis auctoritatem flocifacere & subsanando deridere:  
Nosq; super huiusmodi salis fabricatione coram ma/  
gno Consilio præfati Regis ad iudicium euocari face  
re attemptauit:& Bentiuolis nostris Ro. ecclesiæ hosti/  
bus & rebellibus/ac a nobis difidatis in terris & locis  
eorum receptum & fauorem cōtra tenorem litterarum  
nostrarum auxiliumq; & consiliū ut præfertur præsta  
re præsumpsit. Propterq; excōis maioris & anathema  
tis sentētias periurii & sacrilegii reatum ac oīum priuī  
legiorum gratiarum libertatum immunitatū realium/  
& personarum Vicariatuū Fœudorum locationū ter/  
rarum fortalitionum castrorum iurisdictionum digni  
tatuū etiam cōfaloneriatus præfati & quarumuis cōces/  
sionum quæ a prædecessoribus nostris Ro. Pōt. & no/  
bis eademq; Ro.& quibusuis aliis ecclesiis obtainere di  
gnoscitur priuationis cōfiscationis ac inhabilitatis ad  
illa & quælibet alia similia uel dissimilia imposterum  
obtinenda ac quoilibet actus legittimos exercēdos in  
italia perpetrantes per diuersas constitutiones Aposto/  
lica auctoritate & per diuersos Ro. Pontifices præde/  
cessores nostros dudum editas approbatas cōfirmatas

& etiā à nobis emanatas & publicatas editas et promul-  
gatas poenas necnon rebellionis & læsæ maiestatis cri-  
men damnabiliter ipso facto incurrit: remissioneq; pri-  
mæ priuationis si qua forsan prætenderetur per tolle-  
rantiamuel alias quomolibet facta aut causata per reci-  
diuationem hmoi se indignum reddidit: in graue ani-  
mæ suæ periculum Diuinæ maiestatis offendam Apo-  
auctoritatis & iuris dictiōnis cōtemptum pnitiosumq;  
exemplum & scandalū plurimorum. Nos igitur atten-  
dētes præmissa super quibus seu eorum aliquibus Di-  
lectus filius noster Franciscus. tit. scđe Ceciliæ presby-  
ter Car. in partibus illis nr & dictæ Sedis legatus con-  
tra eundē Alphonsum de mandato nostro processum  
formauit & testes recepit: & per eorum attestationem  
comperit ea ueritate subniti & notoria fore: & qplura  
alia excessus & delicta per eundē Alphonsum cōmissa  
quæ profecto grauissima sunt & nephanda: ut præfer-  
tur. De quibus plenam certā & indubitatam notitiam  
habuimus & habemus. Adeo notoria etiam facti per-  
manentis & manifesta indubitata ac nullo modo excu-  
sabilia eē prout sunt: ut nulla possint prorsus tergiuer-  
satione celari & excusatione uel allegatiōe defendi: nec  
esse propterea clausis oculis sub silentio prætereunda.  
Ac uolētes ut ex debito pastoralis astringimur officii  
debitē prouidere/temerariorumq; ausus & ingratoruz  
petulātiā reprimere: ac eum tali plectere poena ut cœ-  
teris sit exemplum. Et tādem metus poenæ sit meta ma-  
lorum: cum absq; graui offensa Christi tantas iniqui-

tates et ingratitudines amplius tollerare nō ualeamus  
cogamurq; urgente conscientia iuste animaduertere in  
eundē præhabita sup præmissis et q̄ plurimis aliis eius  
nephandis excessibus et delictis/cū uenerabilibus fra/  
tribus nostris eiusdem Ro.eccle.Car. deliberatiōe ma/  
tura et diligentē/cum Iesu Christi uices licet immeriti  
teneamus in terris:nobisq; in eiusdē Vicarii Beati Pe/  
tri persona sit dictum. Quodcunq; ligaueris super ier/  
ram erit ligatum et in cœlis. Et per Psalmistam Icriptū  
super aspidem et basiliscū ambulabis et cœulcabis leo/  
nem et draconem. Præfatum Alphonsum propter ex/  
cessus errores et delicta perpetrata et cōmissa hmoi no/  
bis notoria et nullo modo/nulla excusatione et allega/  
tione/asseueratione uel p̄batione excusabilia/majoris  
excōis et anathematis tententiam/periurii et sacrilegii  
reatus/ingratitudinis/rebelliōis/et lāſx maiestatis cri/  
mina dānabiliter incurrisse. Omnibusq; et singulis in/  
dulgenciis/remissionibus/tollerantiis/gratiis/priuile/  
giis/libertatibus/immunitatibus in dicto Vicariatu et  
Ducatu Ferra.alii!q; fœudis locationibus:honoribus  
dignitatibus et confalonieratus prædicti terrisq; ciui/  
tatis:castris:oppidis:fortilitiis:locis:iuribus:iuris/  
dictionibus et bonis quibuscūq; :quæ quovis modo  
obtinebat:ac in q̄bus et ad quæ ius sibi q̄olibet com/  
petebat. Et propter tot et tantas perpetratas iniquitates  
et reiteratas ingratitudines et delicta:omnes et singu/  
los eius ex dicto Hercule fratres germanos aliosq; de  
corum familia ex̄̄tes:etiam in præmissis seu cōrū ali/

quibus uel ad illa quomōlibet ius habentes & habere  
p̄tendentes/quoꝝ noīa & cognomina ac qualitates oī  
umꝝ & singularū litterarū prædictarum tenores p̄nī  
bus pro sufficientia expressis haberi uolumus. Ac om  
nium eoꝝ posteros & successores quoſcūꝝ/prædicto  
& omni successionis iure ēt sine præiudicio prioris pri  
uationis Syxti prædecessoris hmōi/quā propter recidi  
uationem ingratitudinis/criminū & delictorum dicti  
Alphōsi hmōi/uiribus subsistere & tenere decernimus  
in perpetuū omnino de nouo priuatos ac inhabiles &  
indignos ad illa & quælibet alia similia uel dissimilia  
impostorum obtinēda/ad quoſlibet actus legitimos  
exercendos/ciuitatēs/ caſtra/oppida/terrās/fortilicia/  
loca & alia oīa prædicta cōfiscata fuisse & eſſe:ac a præ/  
dictis priuatiōis & inhabilitationis poenis/neminem  
ex familiā sua ēt prætextu minoris ætatis:aut lexus ex  
cusari ſeq̄ tueri posse: quominus ppter tot excessus a  
dicto Alphōſo eiusq̄ genitore perpetratos:hmōi poe/  
nis oīo irreciu & innodati censeantur. De fratum præ  
dictorum consilio pariter & assensu ac Apostolicā po  
testatis plenitudine & ex certa nostra scientia auctorita  
te præfata/tenore p̄nīum declaram⁹. Et nihilominus  
ſententiando priuamus & inhabilitamus dictosq; Du  
catum & Vicariatū Ferr.cum omnibus ciuitatibus:ca  
ſtris opp̄idis & fœudis quæa dicta Ro.ecclesia qūoli/  
bet obtinebat: Cum omnibus iuribus & pertinentiis  
ſuis & omni integritye ad dictam Ro.ecclesiam legiē  
deuolutas & deuoluta ac reuersa fere decernimus per

præmissa. Et omnes et ecclesiasticos Vicariatus Ducatus ciuitatum terrarum castrorum oppidorum & locorum prædictorum: incolas & habitatores cuiuscunq; dignitatis/ status/ gradus/ ordinis & conditionis existent: ac artium illorum castellanos qui eis fidelitatis iuramento tenebantur astricti/ a iuramento huiusmodi absoluientes illudq; eis relexantes supplentes quoq; similib; consilio assensu scientia auctoritate/ & potestatis plenitudine: omnes & singulos tam iuris q; facti & quaruncunq; aliarū solemnitatum etiā substantialium etiā citationum omissarum ac processuum desuper et rite nō habitorum/ cum omnia præmissa uel saltē plura ex eis quæ ad declaratiōem priuationem & inhabilitationem huiusmodi plenarie sufficiunt ut præfertur nobis notissima & cognita ac et facti pmanentis notoria indubitate & nullo modo/ nulla ue allegatione excusabilia fore noscantur prout sunt qui in pmissis uel aliquo eorum quomodolibet interuenerint: Ac decernentes/ declarantes & determinantes ea sic fuisse & esse et facti permanētis notoria/ nullaq; iuris solemnitate indigere ac inexcusabilia: Et præsentes litteras adpleniſſime probandū crimina excessus delicta nostramq; & indubitatem scientiam notorietatem quoq; præmissam nullo modo/ nulla ue allegatione excusabilem hmōi ac omnia & singula alia præmissa ubiq; etiam in iudicio & extra sufficere nec ad id probationis alterius administrulum ullo unq; tempore requiri sicq; per quoscunq; iudices & commissarios etiam eiusdē Ro. Ecclesiæ Cardinales & cār;

palatii Apostolici Auditores in quacumque instantia sub  
lata eis & cuilibet eorum quavis alia interpretandi facul-  
tate sententiari diffiniri/interpretari/& iudicari debere  
irritum quoque & inane si secus super his a quoquam que  
uis auctoritate scienter uel ignoranter cōtigerit attēptari  
& insup Alphon.& alios priuatos/Ferrarieū & aliarū  
ciuitatū/comitatus ac terrarum/castrorum/oppidorū/  
& locorum Vicariatus & Ducatus hūmōi uniuerisates  
ac artiū castellanos/ac ciuitatum & locorū hūmōi inco-  
las & habitatores cuiuscumque dignitatis/status/gradus/  
ordinis/nobilitatis/præheminētiæ & conditionis fue-  
rint in uirtute Sanctæ obedientiæ:& sub pœnis infra-  
scriptis quas cōtrafacentes incurrere uolumus ipso fa-  
cto auctoritate præfata tenore pñtium requirimus &  
monemus/eisdemque districte præcipiendo mandamus  
quatenus omni excusatiōe cessante/oppositionibusq;/  
exceptionibus & replicationibus quibuscumque ad præ-  
missorum & infrascriptorū executionem impediendā/  
uel differendam ēt ad nos uel sedem prædictam etiam  
a pcessu Francisci Car.& Legati hūmōi interpositis ha-  
ctenus forsan & interponēdis imposterū quas ex nunc  
put ex tunc nullas & de facto interpositas/cū a senten-  
cia nřa pñfertim concistorialiter & de dictorum fratribus  
cōsilio lata appellari nequeat.Fore nūciamus infra sex  
dierū spacium postq; præsentes lñæ fuerint publicatæ:  
quoque duos pro primo:duos pro secundo/& reliquos  
duos dies pro tertio & ultimo & peremptorio termio/  
ac monitione Canonica eis oībus & eorum singulis assi-

C

gnamus uide licet ne Alphonsus & alii priuati ac Ca/  
stellani præfati de coetero de Ferrari. & aliis ciuitatibus  
terris/castris/oppidis/& locis ac arcibus Vicariatus &  
Ducatus hm̄oi uestigie ad Ro. eccliam deuolutis se in/  
tromittat: quin immo ciuitatū terrarē castrorū oppido  
rum fortilitioꝝ & locorū & artiū Vicariatus & Duca/  
tus hm̄oi possessionē uacuā & expeditā nobis & dictā  
Ro. ecclie dimittat. Cōitates uero & uniuersitates &  
illarū singulares psonæ ac incolæ & habitatores ciuita/  
cum terrarū castroꝝ oppidorū & locorū ac artiū & for/  
lilitioꝝ Vicariatus & Ducatus hm̄oi castellani ab ipsiꝝ  
Alphonsi subiectione proſus liberati/ se ac Ferr. & ali  
as ciuitates/terrās/caſtra/oppida & loca Vicariatus &  
Ducatus hm̄oi subtrahat:& ab oī obedientia eiusdem  
Alphonsi: ac nos & pro tpe existentē Ro. Pontificē im/  
mediatum dñum & supiorem penitus & omnino re/  
cognoscant ut tenentur. Et nisi Alphonsus & alii pri/  
uati præfati inde discesserint: eos psonaliter detētos &  
captos ad nos traſmittant: uel saltē de ciuitatibus ter/  
ris caſtris oppidis arcibus fortilitiis & locis prædictis  
et uia armorē: ubi opus fuerit reiiciat & expellant. Alioꝝ  
quin lapsis sex diebus hm̄oi in Alphonsū & illius fau/  
tores cōſultores adherētes cōplices & sequaces & quēli  
bet eoꝝ: ac si nominatim singuli p̄nibus effent ex p̄ſſi  
singulares psonas cōitatum & uniuersitatū: ac incolas  
& habitatores hm̄oi/ qui sic non paruerint aut ut non  
pareatur seu pareri differatur cōſuluerint suaserint fece/  
rint dixerint uel procurauerint seu alias qualitercunq;

In hoc culpabiles fuerint directe uel idirecte tacite uel  
expresse: necnō ex nunc prout ex tunc de eorūdem fra-  
trum cōsilio maioris excōis s̄niā p̄mulgamus in his  
scriptis & illos illam incurrere uolumus eo ipso/a qua  
præterq̄ in mortis articulo cōstituti ab alio q̄ a Ro. Pō  
tifice et prætextu cuiuscunq; facultatis cuicūq; pro ipe  
desup concessa nequeant absolutionis bñficiū obli-  
tire. Item ut siquē eoꝝ tanq̄ in tali articulo constitutū  
absoluat contingat/ qui postmodū cōualuerit in eadē  
excōis sententiam reincidat eo ipso/nisi post conuali-  
sentiam monitioni & mandato nostris p̄dictis parue-  
rit cū effectu/& si moniti & excōicati prædicti dictā ex-  
cōicationis sententiam per alios tres dies dictos sex di-  
es immediate sequentes aio quod absit substinuerint in-  
durato/s̄niā ipsam aggrauamus: ac exnūc put extūc  
Ferra. & alias ciuitates/terrās/castra/oppida & loca Vi-  
cariatus & Ducatus hmōi/ & quæ in illis sunt/ecclesiās  
monasteria ac religiosa & pia loca q̄cunq; de eorundez  
frum cōsilio p̄dicta auctoritate ecclastico subiicimus  
interdicto: ita ut illo durate in illis/et p̄textu cuiusuis  
et aplīci indulti personis ordinibus uel locis concessi  
pterq̄ in casib; a iure p̄missis/& et in illis als q̄ ianuis  
clausis ac excōicatis & interdictis exclusis nequeat mis-  
se & alia diuina officia celebrari. Si uero moniti & ex-  
cōicati ac interdicti prædicti per alios tres dies dictos  
ultimos tres dies immediate sequētes ad eor reuerti &  
nostris monitioni & mandato prædictis obtemperare  
distulerint & in sua uoluerint cordis duritia & puersa

C ii

obstinatione permanere: eos & quilibet eorum reaggravationis anathematizationis & maledictionis ac damnationis mucrone peccatum ac oium ecclasticae & celsus laqueis ligatos & irretitos esse decernimus: ac eosdem monitos excōicatos aggrauatos interdictos & anathematizatos & maledictos ut præfertur in eorum procuratoria perseuerantes: reos criminis læsæ maiestatis & ab omnibus dictæ Ro. ecclæ deuotis cum eorum bonis perpetuo diffidatos dicta auctoritate & potestis plenitude decernim⁹: & generaliter ciuitates: terras: oppida: loca quæcunque ad quæ aliquem eorumdem excōicatorum declinare contigerit: quod diu ibidem permaneserit & triduo post recessum eiusdem simili interdicto subiicimus: nec non monitos/excōicatos/aggrauatos/anathematizatos & maledictos dignitatibus & honoribus in quibus constituti existunt: & tam ipsos quæcūtates castra oppida & loca prædicta oibus priuilegiis & indultis et studii generalis concessionibus & gratiis dignitatibus honoribus quibus utuntur & gaudet: seu muniti sunt: nec non bonis omnibus quæ in fœudum uel in emphytheosim seu alias a præfata Romana uel aliis Ecclesiis monasteriis & locis ecclesiasticis obtinent: penitus priuamus dictaque bona fœudalia uel emphiteotica & alias ab ecclesiis obtenta ad dominos suos reuerti debere: ita ut de illis libere disponere possint decernim⁹: & si aliqui ex monitis excōicatis aggrauatis reaggrauatis anathematizatis & maledictis prædictis clerici sacerdtales uel regulares uel alias religiosi Prælati uel administrato-

res Rectores ecclesiarum:monasteriorū:conuentuum  
& beneficiati quouis mō & in sacris ordinibus cōstitu-  
ti fuerint illos prälaturis administrationibus regimī/  
neq; prædictis:ac oibus & singulis beneficiis dignita/  
tibus:personatibus:officiis:canonicatib; & p̄bendis:  
aliisq; beneficiis & titulis ecclesiasticis & ordinibus eti/  
am sacerdotalibus ad quos promoti forēt:sine ulla spe  
restitutionis priuatos esse per p̄ntes decernimus : q; q;  
de beneficiis illis possit & debeat per Sedem prædictā  
dūtaxat seu ab illa facultatez specialem habentes absq;  
alii declaratione incursus poenæ hmōi libere illico p̄/  
uidēri. Quinimmo Cathedralium & aliarum eccliarū  
hmōi prælatis:canonicis et capitulis:parochialiū ecclie/  
siarum Rectoribus:Abbatibus:Prioribus : Monacis  
etiam congregationem quarūcunq; custodibus guac/  
dianis fratrum prædicatorum et minorum et aliis sæ/  
cularibus clericis uel regularibus ac Scolaribus ibidez  
studii causa degentibus Ep̄orū Vicariis ciuitatum ea/  
rundem dūtaxat exceptis:ut infra dictos tres dies:ulti/  
mo dictos de ciuitatibus et diocefibus Vicariat⁹ et Du/  
catus hmōi sub dictis poenis q;s īp̄o facto eos incurre/  
re uolumus exeant mandamus:dimissis in dictis Ec/  
clesiis aliquibus presbyteris qui pro ministrando bap/  
tismate paruulorum poenitentia decedentium et aliis  
sacramētis ecclesiasticis quæ tpe interdicti ministrari p̄/  
mittuntur(ut præfertur)neq;ad loca ipsa reuertantur:  
donec moniti excōicati agrauati reaggrauati anathe/  
matizati et maledicti p̄dicti nostro mandato obtempe

Sauerint & mœruerint interdicti hmoi relaxatione ob  
tinere & insuper ut per saueritatem ultionis/ prafati mo  
niti/excoicati/ aggrauati/reaggrauati/anathematizati/  
& maledicti ad cor redire compellantur/ illos nisi resi  
puerint ac monitioni et mandatis predictis/obedire/  
rint decernimus infames eē/ne ad dignitates honores/  
et officia aspirare aut ascendere: testimonium phibere:  
testamenta et codicillos condere alicuius successionem  
ex testo uel ab intestato acquirere legata uel donatioes  
capere:iurisdictione exercere:cōpromissum in se susci  
pere in cāis procurare uel postulare/de instrumentis si  
notarii fuerint rogati: credita ab eoz debitoribus exi  
gere quoismō ualeat: filii quoq; nefotes et descendē  
tes eorum usq; ad quartā ḡnationem: tam ecclesiis mo  
nasteriis dignitatibus canonici bus et prebēdis ecc'e  
siaisticis q̄ et honoribus dignitatibus et officiis sācula  
ribus liqua obtinent priuati existant: et de extero ad si  
milia/ et ordines ecclasticos inhabiles penitus reputē  
tur. Rursus uniuersis et singulis aliis xp̄i fidelibus in/  
iungimus: ut monitos excōicatos aggrauatos reaggra  
uatos: anathematizatos et maledictos pdictos euitent:  
et q̄cum in eis euitari faciant: nec eū eisdē cōmerciū ali  
quam ue cōuersationē hēant: aut eis p̄stent aliquā dōcili  
um auxiliū uel fauorē. Nos. n. loca ad quæ aliquē ex  
cōicatoz eorundē declinare cōtigerit: q̄diu in illis scie  
ter eos stare permitti cōtigerit: et triduo post eorū in/  
de discessum ac ecclias monasteria religiosa et pia loca  
q̄cunq; quæ in illis sunt: ecclastico subiicimus iteris

Acto: ihibemus quoq; oib; et singulis t;palia/ dñia ob  
tinentibus et Regali/ Ducali/ Principatus/ Marchiona-  
tus/ Comitatus uel alia dignitate fungéntibus/ Vniuer-  
sitatibus/ Cöitatibus quacunq; potétiā et dñium obti-  
nentibus: ne cū eisdē monitis excōicatis aggrauatis re/  
aggrauatis anachematizatis et maledictis cöitatibus ei/  
uitatibus Vicariatus et Ducatus hmōi et Alphōso di/  
recte uel indirecte maxime ad impediédū recuperationē  
ciuitatū terraꝝ castrorū oppidorū fortiliciorū et locorū  
Vicariatus et Ducatus hmōi uel ad defensionē seu au/  
xiliū eorūdē se nobis uel pro eadē Ro. Ecclia agētibus:  
aut ad monitionē belli opponāt i p̄iudiciū Ro. eccliæ  
tēdētis ligā ue cōfoederationē seu colligationē p̄ectio  
nē defensionē suscipiant uel intelligentiā ineant aut ha  
ctenus forsan initas factas conclusas et susceptas/ quæ  
quatenus ad p̄iudiciū p̄dictæ eccliæ Ro. tendant et  
si p̄enarum adiectione iuramentoq; sint uallatae illarū  
tenores ac si p̄ntibus insicerentur pro expressis hñces  
nō tenere: et nemini quominus eisdē monitis et excōi/  
catis fauendo sub colore earū celsuras p̄dictas incurrāt  
excusatione præstare posse declaramus obseruent quo  
quomō:uniuersis quoq; ducibus marchionibus cöita-  
tibus barōib;9 domicellis fœudatariis uicariis et uasal/  
lis et aliis qbuscūq; in t;palib;9 p̄fatæ eccliæ Ro. media/  
te uel imediate qūolibet subiectis et nō subiectis distri-  
cte p̄cipimus et mandamus ne de coetero ad stipendia  
dicti Alphonsi aut ei fauentiū militare aut eorum sti/  
pendia capere seu a distipedia huiusmodi uel alias euz

eis se uel suos armigeros ac sequaces locare eisq; aliquid  
auxilium uel fauorem quoquomodo prestatre audeant.  
Quinimmo si qui cum eisdem ad praesens militant:qa  
in omni obligatione excepta semper intelligitur reueren-  
tia & obedientia Ro. Pont. non obstante quacunq; ob-  
ligationis formula/qua obligati forent quæ quatenus  
contra præfatam Ro.ecclesiam militare p̄misissent nō  
astringit eosdem & nullius est roboris uel momenti/  
infra octo dies a publicatione p̄nitium computandos  
ab ipso Alphonso eiusq; obsequiis & stipendiis omni-  
no recedant:& in oēs & singulos ex eis qui contra mā-  
datum hmōi facere uel etiam uenire temptauerit/quo/  
quomodo per se uel alios directe uel indirecte similis  
excōis necnon anathematis maledictionis & priuatio-  
nis ac inhabilitationis/necnō in terras dominia & loca  
eorum si qua tunc eos habere & obtinere contigerit:in  
terdicti & in eos eorūq; descendentes priuationis di-  
gnitatuū dominiorum fœudorū & honorum ac priui-  
legiorū gratiarū & bñficiorum ecclesiasticorū ac inhabi-  
litatis dominiorū & bonorum confiscationis sentētias  
censuras & poenas ex nunc put ex tunc pmulgamus/  
eosq; illas absq; alia ulteriori monitione incurrere uo-  
lumus eo ipso/a qbus non possint ab alio q; a Ro.Pō.  
absolutionis bñficium obtinere.Cöterū si moniti ex/  
cōmunicati aggrauati reaggrauati anathematizati & ma-  
ledicti priuati & inhabilitati prædicti:postq; priuatio-  
nis & inhabilitationis poenas prædictas incurrit  
obstinata animi duricie nostris monitiōi & mandato

prædictis ulterius distulerint obtemperare/ex nunc p  
ut ex tunc omnes Reges Duces Principes Marchioes  
Barones Cöitates Vniuersitates & quoltuq; alios ter/  
tarum dños & gentium armorū capitaneos/ad quorū  
cunq; fidelium stipendia militantes/& alias qualcumq;  
personas tam per mare q; per terrā potestiam hñtes re/  
quirimus per pñtes eisq; & cuilibet ipsorum in virtus/  
te sanctæ obedientiæ præcipimus & mādamus quater/  
nus contra eosdē monitos non parētes ac in sua obſtī/  
natione perseverantes protuitione iurū & honore di/  
ctæ sedis armis insurgant/eosq; pñequi & debellare ac  
ad nos & pro rpe existentem R. Ppn. immediatum dō/  
miniū & supiorem ciuitatū terrarū castrorum oppido/  
rum fortilioꝝ & locoꝝ Vicariatus & Ducatus hmōi  
recognoscendum & ad nostram obedientiam redeun/  
dum & dictum Alphonsum ex dictis Vicariatu Duca/  
tu & fœudis expellendum cogere. pñcuret; & i ipso ū mo/  
nitorum excōicatoꝝ agrauatorū reaggrauat̄ rū ana/  
thematizatorū maledictorum priuatoꝝ & inhabilita/  
torum poenam quoſcūq; ciuitatum terrarum/castro/  
rum oppidorū fortilitiorū & locoꝝ Vicariatus & Du/  
catus hmōi quorum Cöitates Vniuersitates & Incolæ  
præfacut Alphōsum in eorū dñm recognoscere & ei  
ut eorum dño obtemperare pñsumplerit; ipsumq; in lo/  
cis Vicariatus Ducatus & fœudorum hmōi stare p/  
miserint: ubi cunq; eos inuenerint capiant & captiuos  
teneant/eorumq; merchantias credita res & bona om/  
nia in pñrios usus conuertant. Nos enim auctoritatē

D

& plenitudine potestatis præmissis ipsis arma sumebit  
bus & aliquos eorundem Vicariatus & Ducatus homines  
tunc eidem Alphonso ob temperantium / corumque res  
& bona capientibus uniuersa pecunias iocalia mercan-  
tias animalia res & bona mobilia & immobilia ubique  
locorum et extra loca / Vicariatus & Ducatus Ferrariae . hu-  
iusmodi quæ sic ceperint eis in prædam concedimus /  
& uolumus illa ad eosdem capientes pleno iure ptine-  
re & personas ex ciuitatibus / terris / castris / oppidis / for-  
tiliciis / locis / Vicariatus / Ducatus & fœudorum homines  
quoque civitates & uniuersitates ab ipsius Alphonsi obe-  
dientia se non subtraxerint : & illi captiuū ad nos non  
transmiserint seu saltem ex locis Vicariatus Ducatus  
& fœudum . homines : etiam si opus fuerit armis expulerint ;  
prout eis mandatur per priores : originem trahentes : seu  
in illis domicilium habentes quas ubique locorum capi co-  
tigerit seruos fieri capientium : concedimus quoque eisdem  
qui sic contra easdem personas bello se opposuerint &  
ad recuperationem ciuitatum / terrarum / castrorum / oppido-  
rum / fortificatorum omnium & locorum Vicariatus Du-  
catus & fœudorum homines quolibet praestiterint auxiliū ;  
consilium uel fauore plenariam oīum peccatorū suorum  
indulgentiam & remissionem / & si qui Reges / Duces /  
Principes / Marchiones / Comites / Barones / Civitates /  
Universitates / Collegia tam in Italia quam extra Italiam con-  
stituta : & quævis aliae et particulares personæ per se uel  
aliu[m] seu alios publice uel occulte directe uel indirecte  
quouis quesito colore eisdem Alphonso & aliis perso-

nis/Vicariatus/Ducatus & foederum hmoi cōtra re/  
cuperationē ciuitatū/terrae/castrorū/ oppidorū/artiū  
fortiliorū & locorum/Vicariatus/Ducatus foedus  
hmoi:quæ ad dictam Ro.ecclesiam deuoluta sunt ut  
perfertur:arma pecūias aut cōmeatū mīstrare seu auxili  
um cōsiliū uel fauorē quo uis modo p̄bere pr̄sumpe  
rint/aut cū cōmode possent a spolio depredatiōe & ca/  
ptura personarum ciuitatum castrorum oppidorū for  
cilitiorū artiū & locoꝝ Vicariatus Ducatus & feu. hu  
iusmodi ac quæ ipse Alphonsus tpe priuationis hu/  
iusmodi obtinebat abstinuerint:quicunq; fuerint etiā  
quacunq; celsa ēt regali pr̄dicti dignitate maledicti &  
excōicati existant:& diuino pcussi anachemate/nec de  
salute animæ sperent nisi ante finem uitæ poenitētiā  
agentes Apostolica fuerint auctoritate absoluti. Vni/  
uersitates uero sciant sibi diuinicus penitus interdictū  
& nisi se correxerint diuinam expectent ultionē:Et ni/  
hilominus eorū singulares psonæ paribus excōicati sen/  
tentia & aliis poenis quibus alii excōicati pr̄dicti ex/  
inde innodati existant:& ut pr̄missa omnibus inno/  
tescant. Vniuersis & singulis Patriarcis Archiepisco/  
pis Ep̄is Patriarchalium Metropolitanarum & altarū  
cathedralium & collegiatarū ecclesiarū pr̄latis capitu/  
lis & personis aliis ecclesiasticis etiam quorūvis ordi/  
num ēt mendicantium religiosis exemptis & non exē/  
ptis ubiq; locorū & pr̄sertim in Italia constitutis:mā  
damus quatenus ip̄i & quilibet eorum sub similibus  
censuris & poenis per eos & singulares personas eorū/

dem capitulorum si postque usque praesentiū requiri-  
ti fuerint infra tres dies quorum unum pro primo &  
alium pro secundo ac reliquum pro tertio & perempto-  
rio termino canonica monitione praemissa assignam*q*  
non paruerit eo ipso incurriendis: eosdem monitos ex-  
coicatos aggratiatos reaggrauatos anachematizatos  
iterdictos priuatatos & inhabilitatos praefatos & decur-  
sis eis assignatis terminis praedictis si non paruerint &  
ab ipsis Alphonsi obedientia se non subtraxerint &  
illum captiuū ad nos transmiserint: seu saltem ex-  
locis Vicariatus Ducatus & foederalum hmo*i* etiā ar-  
mis expulerint: in eorum ecclesiis dominicis & aliis fe-  
stis diebus dum maior inibi populi multitudo con-  
uenerit ad diuina cum crucis vexillo pulsatis cāpanis  
& accensis candelis ac demum extinctis & in terram p-  
iectis et cōculatis cum trina lapidū projectione: aliis que  
in calibus seruari solitis ceremoniis excōmunicatos  
et aliasut præfertur irreticos publice nuncient ac fa-  
ciant et mandent: ab aliis nunciari et ab omnibus ar-  
ctius euitari: Nection omnibus aliis Christi fidelibus  
ut eos euident & pari mō sub praedictis censuris & poe-  
nis pronates litteras uel earū transumptum sub forma in-  
frascripta factū: Infra terminum triū dierum ut præfer-  
tur præfixum in ecclesiis monasteriis conuentibus &  
aliis eorū locis publicari & affigi faciant: & eisdē moni-  
tis proptere eorum contumaciā evicta necessaria denegēt:  
ministrare: donec corde compuncti spūm assumentes  
consilii sanioris nostris monitionibus & mandatis pro

dictis obtemperauerint & moeruerint a censuris & poenitentia  
nis praedictis absolutionis & restitutionis beneficium  
ac alias integrarum reconciliationis gratiam a nobis & Se-  
de praedicta obtinere. Excōicamus quoque & censuris p̄  
dictis innodamus oēs cuiuscumque status/dignitatis/gra-  
dus/ordinis & conditionis fuerint. Qui quomitus p̄  
fentes litteræ nostræ uel earum transumpta/copiæ/ seu  
exemplaria in suis terris aut dominiis legi affigi aut pu-  
blicari/ac in omnium notitiam deduci possint/fecerint/  
uel percurauerint/quoquomodo/ecclesiis quoque monaste-  
riis/conuentibus & aliis quibus suis sacris locis/in qui-  
bus denegatū fixerit per illarum Prælatos & personas/  
litteras ipsas publicari: oia privilegia idulta & gratias  
a sede praedicta cōcessa:adempta esse uolumus. Postre-  
mo quia difficile foret p̄nites litteras ad singula quæcumque  
loca deferriri: in quibus eaque publicatio necessaria foret.  
Volumus & p̄fata Apostolica auctoritate decernimus  
quod eaque transumpto manu notarii publici confecto  
seu saltem subscripto/& sigillo alicuius prælati ecclesia-  
stici munito ubique stetur: prout originalibus lībris star-  
tur si essent exhibitæ uel ostensa. Et cū p̄nites līrae Ferr.  
ppter ipsius Alphonsi rebellionem tute nequeant pu-  
blicari:ne Alphonsus & alii priuati/excōicati/aggrauati  
reaggrauati/anathematizati/& maledicti: ac alii quos  
litteræ ipsæ contingunt: quibus ue aliquid mandatur:  
uel prohibetur per easdē ualeant de præmissis ignorā-  
tiā allegare:& prætextu ignorantiae si nō paruerint  
uel amēn excusationis assumant. Et ut ad ipsorum notitiā

deducantur. Volumus & mādamus illas in ualuis Ba  
silicarū Prīcipis Apostolorū & Sancti Ioannis Laterē  
de Urbe affigi: quodq; līræ ipsæ post affixionem p̄dic/  
tam ipsos Alphonsum & alios priuatos ac monitos &  
sub illis comprehensos perinde arētent: ac si litteræ ip  
sæ eisdem Alphonso & aliis priuatis ac monitis & sub  
illis cōprehensis & eorū cuilibet præfentialiter intima/  
tæ fuissent. Non obstantibus p̄missis ac constitutioni  
bus & ordinationibus Apostolicis/ēt in quibusuis cō  
ciliis editis contrariis quibuscunq;. Aut si Alphonso  
necnō cæteris oībus & singulis præfatis et Archiep̄is/  
Ep̄is/Regibus:Principibus:Fœudatariis:Ciuibus:in  
colis & habitatoribus & aliis monitis præfatis uel qui  
busuis aliis cōiter uel diuīsim ab eadem sic sede indul/  
cum quod interdici suspendi uel excōicari:aut pp̄terea  
priuari et inhabiles reddi nō possint: per litteras Apos/  
tolicas non faciētes plenam et expressam ac de uerbo  
aduerbum de indulto hmōi mentionem . Et quibusli  
bet aliis priuilegiis indulgentiis et līris ap̄līcis speciali  
bus uel generalibus quorumcūq; tenorū existant: per  
quæ p̄tibus non inserta effectus earum impediri ua  
leat qūolibet uel differri et de quib⁹ quorūq; totis ce  
noribus de uerbo ad uerbum sit in nr̄is līris mētio spe  
cialis hñda quæ quo ad hoc cuiq; nolumus aliquate  
nus suffragari . Nulli ergo omnino hoīum liceat hāc  
paginam nostræ declarationis.priuationis.inabilita  
tionis.absolutionis.relaxationis.suppletionis.decer  
minatiois.req̄sitionis.monitionis.mandati.nūciacio/

nis. assignationis. promulgatiois. aggravationis. sub  
iectionis percusionis. decreti. priuationis. intimatio-  
nis. inhibitionis. præceptionis. concessionis. excōica-  
tionis inodationis et uoluntatis infringere uel ei ausu  
temerario contraire. Siq[ue] autem hæc attēptare præsum-  
pferit: indignationem oīpotentis Deiac Beatoꝝ Petri  
et Pauli Apo. eius se nouerit incursum. Datū Romæ  
apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Domini  
cæ. M.D.X. Quinto Idus Augusti Pontificatus nři  
Anno septimo. Sigismundus.

A tergo aut̄ supradictarū līraq[ue] Apostolicaꝝ infraſcrip-  
ta uerba erant.

ANNO a Natiuitate Dñi. M.D.X. Indic. XIII. Die  
uero. XIII. Mensis Augusti Pontificatus Sctissimi in  
Xpo patris et Dñi Nři: Dñi Iulii Diuina Prouidentia  
Papæ. II. Anno. VII. Pñtes Retroſcrip. Litteræ Apo-  
stolicæ Præfati Dñi Noſtri Papæ fuerunt affixæ et pu-  
biicatæ in Sancti Ioannis de Laterano: et Sancti Petri  
Principis Aploꝝ de Vrbe Basilicaꝝ. Ac Cancellariæ  
Aplicæ Valuis seu portis. Per nos Curores infraſcri-  
pcos. Vꝫ. Franciscum Vaca: Et me Petrinum Boziū  
Curores.

Ia. Questenberg.

Impressum Romæ p̄ Jacobū Mazochiū Ro. Aca. Bi-  
blio. De mandato. S.D.N. PP. Ac Reuerendiss. D.  
Antonii de Mōte Archy. Sypon. Ca. Apo. Auditoris.













ROYAL ONTARIO MUSEUM  
OF ARCHAEOLOGY.



